

domino N. diuina miseracione archiepiscopo vpsalensi quandam prediorum permutacionem fecisse in hunc modum, habuit n. a me idem dominus meus archiepiscopus in færingsø villa biærghum nouem oras cum X denariis terre, cum domibus ad me pertinentibus ibidem, pro quibus mihi dedit in garni decem oras terre et in kysingi dimidiam marcham terre, jnsuper addidit mihi pro domibus et melioracione predii ibidem triginta octo marchas denar. monete nunc currentis, ad huius eciam permutacionis euidentis testimonium firmarios wlgariter dictos fasta in communi pretorio færingsø, eidem domino meo archiepiscopo secundum terre leges et consuetudinem approbatam me recognosco dedisse In horum igitur euidentiam pleniorum sigillum meum duxi presentibus apponendum Datum apud arnø Anno domini Millesimo ducesimo XC°. octauo decimo kalend. septembris.

1249

1298 d. 27 Aug.

Linköping.

Biskopen i Linköping LARS II:s vidimation och stadfästelse på Biskop Henriks Bref.

A. 6. a. 2. 43.

Omnibus presentes litteras inspecturis LAURENCIUS dei gracia Episcopus Lincopensis salutem in domino sempiternam Noueritis nos litteras reuerendi patris predecessoris nostri henrici dei gracia quondam Episcopi lincopensis vidisse in hec verba Vniuersis &c *Se föregående N:o 560* \*). Nos igitur ordinacionem huius & statutum ratum & gratum habentes. auctoritate qua fungimur confirmamus, ad maiorem premissorum euidentiam presentes litteras sigillo nostro prepositi & capituli roborantes, Datum lincopie anno domini M° CC° XC° VIII sexto kal. septembris.

Sigillen bortfallna.

1250.

1298 d. 22 Sept.

Söderköping.

SVANTEPOLK KNUTSSONS Gåfvobref på Herbethy gods till Wreta kloster.

A. 3. t. 1.

Omnibus christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris. SWANTHPOLK KANUTI ducis quondam filius. Salutem in domino sempiternam. Quoniam varii sunt humane fragilitatis euentus. & cum morte nichil cercius.

\*) *Med följande olikheter:* IIII thionum — — — expensis singuli de collegio a decimarum — — — och Si vero quempiam de collegio plures ecclesias parochiales in ipsa prepositura contingat optinere — —.

*Sv. Diplom. II.*

terminus autem mortis cunctis sit incertus. Necesse est diem mortis certis rationibus preuenire. Hinc est quod bona que in Herbethy habemus. videlicet redditus. XI. thynonum & XI. orarum den. nobis & heredibus nostris alienamus. abbatisse autem wretis. Domine katerine. totique conuentui ibidem dimittimus perpetuo possidenda. Hec presentibus uiris ydoneis. aduocato nostro .s. giurdone. & ciuibus pluribus suthercopie. videlicet thochone. lamberto longo. & wigboldo. gudmundo. nec non & aliis discretis quam plurimis. facta sunt & statuta. Ne igitur de presentibus vel posteris super hoc facto aliqua calumpnia valeat suboriri. sigillum nostrum. sigillumque ciuitatis Suthercopensis presentibus sunt appensa. Datum Suthercopie. anno domini. M°. CC°. Nonagesimo. VIII°. in die beati mauricii. superiorumque eius.

Sigillen skadade.

1251. (1298?) d. 23 Sept. Högnetorp.

Biskopen BRYNHOLFS i Skara stadfästelse, i hvad på honom beror, af Algots gåfva af Apunda i Östergöthland till Riseberga kloster.

A. 3. n. 4. 15.

Omnibus presentes litteras inspecturis. B. dei gracia scarensis Episcopus. Salutem in domino sempiternam. Notum facimus tam posteris quam presentibus vniuersis, Quod donacionem quam sanctimonialibus in risæbyærgh, videlicet tres octenarios terre in apundhum in øsgocia, cum vno manso ibidem sito & eius pertinencijs, dilectus . . . ter noster algotus, assignauit & contulit, sicut per eius patentes litteras super hoc confectas plene patet. . . . . esse volumus, ac presencium auctoritate quantum ad nos pertinet, confirmamus. Sigillum nostrum presentibus . . . . . In huius testimonium & euidenciam plenioram. Datum Høgnæthorpe. Anno . . . . . Nono kal. octobris.

Sigillet jemte ett stycke af brevet är borttrifvet.

1252. 1298 d. 7 Oct.

Biskopen i Strengnäs YSARS stadfästelse på Biskop Anunds gåfva af Juleta församling till Abboten i Saba.

A. 3. h.

Vniueris presens scriptum cernentibus. YSARUS dei gracia Episcopus strængnensis Salutem in domino ihesu christo. Quia venerabilis pater do-